2598

Krasicki et Krainski sibi mutuo Roborant.

360 Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus Magnificus Martinus a Siecin in Krasiczyn Krasicki Pocillator Premysliensis ab Una et Generosus Stanislaus Samuel Krainski parte ab altera; Sani mentibus et corporibus existentes, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, praesentis vero Castrensis Capitanealis Premysliensis Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se, cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognouerunt, et quilibet eorum seorsim suo interesse recognouit. Quia ipsi sibi mutuo et vicissim una pars alteri, ac posteris utriusque partis, se, ac suos Successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque quibusuis pecuniarijs habitis et habendis inscribunt et obligant praesentis Interitsam certam inter se Recognoscentes, ratione certarum rerum et conditionum in eadem Interitsa contentarum de actu et data Magistri hic Premysliae die hodierna in actu contenta confectam et conscriptam manibus suis Recognoscentium proprijs subscriptam; In omnibus et singulis eiusdem Interitsae conditionibus, punctis clausulis, articulis, vadijs, ligamentis, ac nexibus generaliter universis firmiter tenere, complere exequi,

ac inviolabiliter observare, omnibusq et singulis illius contentis, tam in toto, quam in quavis minima parte toties quoties opus fuerit satisfacere, Intercisam praefatam ad Inscriptionem praesentis roboratoriam, et Inscriptionem praesentem roboratoriam, ad praefatam Intercisam vicissim in toto referendo; idq sub vadio summae Decem Millium florenorum polonicorum per partem partis cum Successoribus utriusq partis, ob non completionem contentorum Intercisae praefatae omnium et singulorum, tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo. Quo [illegible] modo [illegible] ad solvendum [illegible] aliqua principali ex contentis Intercisae praefatae non completa complenda [illegible] partis [illegible] missa non tenens, sive eius Successores, ad instantiam partis alterius promissa tenentis et complentis, sive illius posterorum, ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliensis, extunc recessu supposito, quo ad respondendum spectat mediante, semper in primis Jllationis Termino tanquam peremptorio stare, iuri parere, respondere, vadium praefatum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes causae eiusq Terminos semper peremptorios, vera Infirmitate, ꝯmaiori, minorennitate Successorum, Legatione intra vel extra Regnum, Servitio militari, ad Munimenta, ad Evictorem, vel aliis

2600

quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differend ad Quietationem praeterea Utraq[ue] ex nos Officij praefati Castren Capitaneatus Premysliens Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq[ue] Motiones, appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia paenis Simplicibus vel triplicatis, Cuationibus, Suspensionibus, fatalijs Iuris, praeterea Terri bello Conuentioneq[ue] ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo. Itaque praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Idem Krasicki et Saÿborski mutuo Roborant.

261 Comparentes personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castren Capitaneatus Premysliens Magnificus Martinus a Sieciń in Krasiczyn Krasicki Dapifer Terrae Premisliens ab Una, et Nobilis Vladislaus Saÿborski partibus ab altera. Sani mentibus et corporibus existentes, a Terris, detibus, Iuribus Iurisdictionibusq[ue] suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesentis vero Castren Capitaneatus Premysliens Iuridici, quo ad actum hunc attinet, secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando atq[ue] subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognouerunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi, et quae praefatus Nobilis Vladislaus Saÿborski, suo et Nobilis Reginae Szydlowska Consortis suae legmae, pro cuius ratihabitione